ORTHOGRAPHIA,

HOC EST,

Grammatices Nostræ Regiæ Latinæ Pars prima,

rationem exhibens veram, rectè scribendi, atq; pronunciandi Linguam Latinam. In quâ Doctrina, in Grammaticâ istâ, exhibita; multifariam *explicatur, dilatatur, & augetur.*

Cui adjungitur, Grammatices ejusdem, (ἀναλυτικὴ dispositæ) Synopsis, seu Tabula grammaticalis Synoptica, *ad puerum conceptum facilitandum, memoriam firmandum, utilitatemq; augendum, confecta in usum Philologorum omnium.*

Operâ & Industriâ Jos. Riparii in Vico apud Londinates vulgò vocato Fleetstreet. Nuper *Ludimagistri, & verbi Divini Ministri.*

LONDINI,

Excudebat *A. M.* 1657.

ORTHOGRAPHIA.

HOC EST,

Tantundem Vobis

Regia Linea Pars prima.

Honorabili, & Illustri Viro, Domino
HUGHONI WINDHAM,
Justitiariorum (in Curiâ Communium Placitorum) uni, æquissimo Meritissimoq;:

Dignissime Domine!

[redacted]UA erga me benevolentia, multum adfert animi, *opellam hanc* in Lucem emittere, sub tutelâ nominis tui, *Grammaticalia* videlicet *hæc Latina:* Novum, & veterem Ingenii hîsce parcum, quorum Novus est *Syntaxis*, *Orthographia* Vetus, qui ambo Patrocinium humiliter petunt tuum, quo mihi erit, (ut *Comenii* verbis utar,) *benignissimo Miseriis luctanti*, subsidio; contra eorum hostes tridrios, Zoilos atq; Momos omnes, eorumq; dentes [illegible]dentes: à quibus aliisve objiciatur, [illegible]os æquè haud convenire metr, nec [illegible]ne quadrare, cùm aliquos ante[illegible] *edidi Theologicos*: Quæ ve[illegible] duabus constat partibus, quarum correspondentia, quod attinet

hujusmodi retundit labores, Gr[illegible]
gorium eternum, in quo nostra [illegible]
licent *parvis componi magna.* Vossius
facilè Princeps, de Arte scripsit Gram-
maticâ, *ætate ingravescente*, quæ quoq;
de re, cujusq; status, & ordinis viri con-
scripsêre undequaq; illustres, quales fu-
ere *Julius Scaliger* Heros, *Justus Lip-
sius* stirpe ordineq; minimè Mediocris.
Atq; nostras D. *Tho. Smith*, cum pluribus
aliis. Parti, verò hoc dico, posteriori;
quamvis duas antehac devulgavi res
Theologicas, diu tamen antea [illegible]
dius, serio & diligenter incubui. At verbo
denique uno dilnetur Objectio tota, in
his nihil aliud ago, quam quos [illegible]
viri plures pii, & eminenter literati;
unus habeatur instar omnium, *Gataheras
nostras*, Nuper Theologus eximius, &
ætate provectus, contra Diphthongos
strenuè disseruit. At aliquis forsan, hanc
arguat dedicationem, dignitati tuæ om-
nino esse Heterogeneam, cui pro me re-
spondeat *Vossius*, qui in Epist. Lect. ante
Art. Gram. huic contrarium his propug-
nat verbis; *planè* [*inquit*] *contendo, vel
primis hujus artis initiis nihil in [illegible]
Disciplinis vel magis divinæ esse [illegible]
opus, vel ad omnem hominum [illegible]
essorum magis*, sed ut ad [illegible]
pro-

properem, mihi ad intentio promanavit. Gl[illegible] tinam, quæ Grammaticen, [illegible] longos, & lege nostra [illegible] maxime pertinet ad emendationem illius, ad quam accendam, Ludimagistri in his Nationibus cuncti, horrantur atque jubentur; quare huic Patronum, ta magis congruum, non invenio, honorem igitur tuum humiliter oro, ut dignetis hanc expositam meam prolem candoris scuto tui defendere, contra maligni, livoris dentem. Ideoq; da (quæso) huic manum & præsidium, sicubi opus. Ita te Deus magnum & felicem, & in consilius vestris salutarem faciat, servetq;.

E Musæo meo
Londini Kalendis
Maii 1657.

Vestram humanam, & dignitatem submisse, & devote colens,

Josephus Riperius.

Viris Linguam Latinam, omnesq;
Literas amantibus.

Viri candidi!

[redacted] *N hoc modi Typographiæ*
artificem & manu diu fa-
bre exercitum animum, jam
me avocat ætas; simulatq;
corporis statum, quare has
lucubratiunculas, cum aliquibus aliis,
ultimò (ut spero) manu ultimam ad-
crevi; quin in rei literariæ bonum,
exantlare statui, quarum has, usui
communi, impensis effero: in quibus
hoc est instrumentum meum ultimum, &
principale; ut Artem Grammatices
nostræ Latinæ totam; in fasciculum re-
digam, adaptatum, ad juventutis con-
[redacted] facilitandum, memoriam fir-
mandum, atq; utilitatem properan-
dum, atq; augendum: *Quæ omnia hæc*
fiant

fiant modo [illegible] Primum [illegible] regulis, quibus Linguæ Latinæ [illegible] citur, simul & semel, a pueris guttatim imbibantur, cujus propositi gratiâ, his in [illegible] Grammaticam nostram totam, in Analysin hanc adegi Synopticam. Quem Librum pra omnibus aliis selegi, multis variisq; vitiis rationibus, quales sunt in eo Methodi bonitas, & concinnitas; ac etiam Materia in re Grammaticâ copia; postea ad patrium nostratium, consulta juraq; respectus filialis, deinde singularitatis affectata cvitatio, sicut & confusa Grammaticorum Multitudo, & repugnantia; unde juventutis ingenia, male & injuriosè distorquentur. Postremò desiderium vehemens, inter Scholarchas unicam reducendi, in docendo methodum. Quibus additus, explorata habet alia satis multa, ad præmittendum totius Grammaticæ studium, eo modo, quo hanc Orthographiam, Grammaticæ partem primam peregi, ac intentionem istam sæculi hujus, quo vivo, Duritiei ingrato fronti avit, Qua ratio, istam, & hanc Syntaxin Grammaticalem, excerpsi sibi hoc modo adjunctam, quas audiat, nunc

JOSEPHUS RIPARTUS.

Præcognita

Præcognita de Grammaticâ, & Orthographiâ.

CAP. I.

GRammatica (apud Quinctilianum *Literatura*, seu ut bis similia. Græca sunt verba, quæ circà literas semper ubi τέχνη, τὸ, vel proprie versatur) i.e. *Ars per* five sua singulatim in lite- *Ecclipsin* ris, seu conjunctim in Di- *subaudiatur* ctionibus, & vocibus: Partes ejus sunt quatuor. *ut Logica*, quarum prima est Orthographia (cujus partes *Rhetorica*, sunt duæ: *&c.* i.e.

1°. Lexigraphia. *Ars Logi-*

2°. Diæresis claudiorum. *ca, Ars*

Lexigraphia (ut vult Laetius dictio, ut τὸ γράφειν *Rhetori-*
ctis scripturæ (Latinè) Dictio-scriptura: *ca, &c.*
i. e. ratio dictiones scribendi rectè. Hæc de *L. 2. C. 1.*
duobus agit.

1°. De *Literis*, quæ sunt Dictionis partes Minimæ.

2°. De *Syllabis*, quæ sunt Dictionis partes Majores.

Diæresis ἀπὸ τῦ διαίρειν, i.e. dividere: Distinctio sententiarum: quæ est pars philosophiæ distinguendi docet rationem, tradendo de vocum & sententiarum pausis, & interpunctionibus, de

quibus

quibus (& in primis grammaticis) ordine & con[illegible]

CAP. II.

De Literis.

Lexigraphia. LExigraphia est Orthographiæ pars Prima, quæ loco primo literarum tractatu absolvetur, literæ quasi *legitera*, quòd legendo iterantur; (Autore *Melanthone*) sed aliis magis placet, litera a *litura* (Teste *Prisciano*) i.e. deletione quam sæpè (superinducto atramento, vel re alia,) patiuntur. Antequam enim scribere solebant, postea deleta. At litera quasi *linea-tura*, magis arridet *Julio Scaligero*. Dicuntur quoq; *elementa*, quasi ut omnis *principia prima*; quod ut ex terra, aqua, aere & igne corpus constituitur, ita ex literis syllabæ, & dictiones constant.

Literam *P. Ramus* sic definit; Litera est in syllabi sonus individuus, & hoc modo a Donato describitur, litera est vocis articulatæ pars minima, ambas quas definitiones *Julius Scaliger* reiicit, mutando vocis articulatæ in dictionis sic definiendo, *Litera est dictionis pars minima*, quod idem est; nam dictio est a dicendo, revera igitur omnis dictio elementa, quamvis omnis vox non est dictio, & omnis litera quoad posse tamen est obiectum auditus. Quinq; Literæ accidunt

1°. Nomen.
2°. Figura.
3°. Potestas.
4°. Cognatio.
5°. Ordo.

In quibus omnibus lingua Romana [illegible]

viz. Latina noſtræ ferè omnimodè conveniunt, præterquam figurâ, in quâ Maximè differt, a proprio noſtro characſtere; ut in elementis noſtris patet evidenter.

In hâc linguâ de quâ eſt inſtitutum noſtrum, literæ ſunt [a] viginti duæ, ([b] aſpirationis nota,) quæ ſic nominantur, *a, be, ce, de* &c. ubi *e*] in fine apud noſtrates ſonitur ut *e*] diphthongus impropria noſtra.

* Literæ ex earum figuris ſunt *Minuſculæ*, vel *Majuſculæ*; *Minuſculæ* ponuntur in locis omnibus: ſive principio, ſive medio, ſive fine dictionis; hîc quoq; obiter notandum eſt, quod Syllaba *præ*; ubiq; ferè diphthongatur, etiamſi ſimplex videatur, ut *præco, præbeo, præs*! plurimumq; tamen diphthongo carent, quæ naturæ corrumpentur, ut *premo*, cum derivativis ſuis; ſic & *precor, preces, imprecor* &c.

Literæ Majuſculæ nunc dictiones incipiunt, nunc dictiones integras denotant; incipiunt, quando moribus characteribus inchoantur.

1°. Sententiæ; ut, *Deum time, regem honora.*

2°. Verſus quilibet; ut, *Qui ſanus eſt, nihil laudat jejunia ventre.* Mant.

3°. Propria nomina; ut, *Carolus, Cicero, Ciceronianus, Anglia, Anglus, Anglicanus.*

4°. Nomina dignitatum, Officiorum, & Artium; ut, *Rex, Dux, Cancellarius, Cadurcenſis, Grammatica, Logica.*

5°. Voces in oratione [b] Eminentiores.

Literæ majuſculæ cum ſolæ, aut paucæ ſcribuntur; deſignant nomina propria, aut integra vocabula Appellativa, aut Numerum; Vocabula appellativa ſeu nomina propria denotant; ut,

A. *quare.*

B. *beatus.*

Literæ Nomen.

*Grammaticorum quamplures [h] literam eſſe dinudicant, ideoq; tres & viginti conſtituunt literas.

*Literæ figura.

[b] Hîc Characterk mutationem magis probo.

Cn. *Cneus*.
Col. *Consul*.
Cos. *Consules*.
C.V. *Celsitudo vestra*. Vel
Clementia vestra.
D. *Divus, Dominus, Doctor*.
E.T. *Excellentia tua*.
F. *Fabius, Filius, Frater*.
HS. *Sestertius*.
J.C. vel J.C^ti. *Jurisconsultus*.
L.L.S. *Dus esse*, vel *dua libra*.
M.S. *Memoriæ Sacrum*.
N. *Quidam, Nepos*. n. *enim*.
Q. *Quirinus*.
R.T. *Reverentia tua*.
S. *Sanctus*.
S.C. *Senatûs consultum*.
S.P.D. *Salutem plurimam dicit*.
S.T.D. *Sacræ Theologiæ Doctor*.
U.C. *Urbis conditæ*.
J.U.D. *Juris utriusq; Doctor*.

Si quis in his pleniorem desideret scientiam, consulat Valerii Probi Grammatici de literis aliquis opusculum.

De literis Numeros significantibus, hic inseretur, quòd tres sunt principales, ex quibus (cum solæ aut plures,) assurgunt Numeri; quæ sunt.

I. *Unus* ——— 1.
V. *Quinque* ——— 5.
M CIↃ. (Antiquis Literæ *M.* Characteres) *Mille*. } ——— 1000.

Ex his numeri cæteri hoc modo sunt.

V. Geminatum & hoc modo X. } ——— 10.
inversum, Decem valet. }

C. Quasi

C. Quasi literæ CIↃ. dimidium ——100.
primæ. Centum.

ꝏ. vel CC. Duocenti. ——200.

D. Quasi literæ IↃ. dimidium ——500.
sinistrum. Quingenti.

L. Vero quasi Quinquaginta. Septuaginta. ——50.

IↃↃ. Quinquies Mille. ——5000.

CCIↃↃ. Decies Mille. ——10000.

IↃↃↃ. Quinquagesies Mille. ——50000.

CCCIↃↃↃ. Centies Mille. ——100000.

CMↃ. Vel CIↃ. Mille Mille. ——1000000.

Literarum ponitur, apud Latinos, & nostrates est sere eadem; eaque distribuitur in *Vocales* & *Consonantes*.

Literarum potestas.

Vocales sic appellantur a *vocando*, & a Vocabulis sonum *emendo*. Vocalis est litera quæ per se proferatur, & per se syllabam facit, estq; ex characteris genesis duplicis. 1°. *Simplex*, 2°. *Compositæ*. Vocalis simplex sonum habet maxime individuum, cujus generis sunt quinq; & [y] græca; & sunt *mutabiles* (vel *sonantes*) *labiles*. Innumerabiles, imo, ut ajunt, quinq; in contextu nunquam augentur. Sonantibus sunt, a, i, & u, quæ quando sibi, vel aliis præponuntur, in eadem syllaba; in Consonantes sese semper mutantur, & se mutuo hoc modo figurantur, [a] [ꝛ] [j] fiunt [ɛ] liquidum [v] vero [f] siccum.

Vocales.

Mutabiles.

Sonantes.

* Vocalis conjunctus vocali (quod Latinis verius *Diphthongus*) a Græcis dicitur, & ꝏ sonum, quasi bisonum. Est enim duarum vocalium sonus; hæc autem duplicata se reddit, ideoq; sunt.

* Vocalis conjunctus.

1°. *Diphthongi* usitatiores, hi. [æ, œ, ꝏ, ɛ, ɛ]

2°. *Minus* usitatæ, *ai*, *ei*, *oi*, *ui*, & Græcæ [ꝏ]

Liter-

antur & ei, ut [i] id primo ignorantia hominis fallum est, quam vocatione aliquid. Veteres enim aliter atq; nunc solemus, pronunciabant, & in fine dictionis ponebant; Quare in omnibus vocalium pronunciandis eadem fere, nisi [i] consonans fuerit, vel [u] ante vocalem, vel [x] in principio dictionis, ut, Iuno, Xerxes, & mutis compressis proferuntur; (mutæ sunt sedecim quæ sunt; vel Attice, vel Æolice dicte:

* Mutæ sic nominantur, nam quod prorsus, in dictione obmutescunt, sed quod sonum tenue exiguum, & obscuriorem vocalitatem, in pronunciando, quam semivocales retinent: in fine igitur dictionis eiusmodi exilem illum (plerumq; nunquam,) potius repetimus. Aut ideo mutæ dicuntur, quod cum pronunciantur, a scriptis incipiunt, & in vocales desinunt, cæteræ vero semivocales a vocalibus incipiunt, & in scriptis desinunt: idcoq; Mutæ sunt, quæ nec per se proferantur, nec per se syllabam faciant; & sunt numero octoginta; b, c, d, *&c. quarum [c] semper sonatur ut [k,] nisi præponatur e, i, vel y, sic enim posita proferatur ut [s:] [G] quoq; semper ut y Græcum nisi e, i, vel y, subsequatur, cum enim ut [j,] efferatur [T] ante vocalem, valet [ʒ] ut, in gratia, nisi in Græcis dictionibus; ut politia; vel in principio dictionis; ut, thura, aut in Infinitivo Passagioco; ut, mittier, aut denique præcedente, ut [s] ut, mystis, tristis.

Semivocales, sic appellatæ, quod ad vocales propius accedunt, earum ductu efferuntur, & per se proferuntur; (mutæ vero sedecim ut supra dictum est) hæ per se quidem proferuntur, sed hinc differt per se syllabam non faciunt, suæ quoq; numero quinq; sunt, l, m, n, r, &c. quæ triplicem habent modificandi, & sic dicuntur.

Duæ sunt. 1. Liquidæ quatuor, l,* m, n, r.

Semivocales. 2°. Duplices duæ sunt; x, & z, quibus additur [h,] consonans inter duas vocales, & [u] semper

* M & n,

semper post q, nec r, & nonnunquam post [g] nec nisi in vel [s]. Græcis si-
3°. Una eiusdem sine positionis vic. [s]. quescunt.

Liquidæ sic appellantur, quod post mutas Varro. Lucilius,

Duplices sic nominantur quòd duarum consonantium videntur implicare sonum: [x] etenim valet [cs] hinc *dux, ducis*; & [z] vel [gs] hinc *rex, regis*; [x] valet [ds] Græcis, ac Latinis [ss] ut, *patrixo* pro *patrisso*. Inter duas vocales in se habet aliquid i vocalis, unde olim scribebant, *maßimus, ſuaßum*, & [s] post [g] * Dentur
& [c,] aliquando quoq; post [q] vel [s] mi- aut quod u
do aliquo [to] nostras aquivalet ut in *Phœnix*, inter q & *aqua, quis*, &c. aliam va-

Littera ista [s] eiusdem sine positionis est, calem nec
quæ interdum etiam prius; varia quoq; vocalis sui
solet, & in metro plerumq; vim consonantis consonans
sumit. habetur.

Aspirationis nota huiusmodi habet [h] aspira-
tum, quamvis interdum apud Poetas
nullo vim obtinet, ut hoc casu contingit
est, ut vocalis sequens in eadem syllaba,
tiori, velocissimaq; [h] quasi prodeat, vel
nominandum est, quod [h] sine literarum
initio dictionis. In cæteris positionem
dictionem aspirat; ut, [h]
hilis sonum, dicimus &
non minus habet usum,
trahi, Ionicæ Græci
de earum prolixa copia
dicamus.

CAP. III.

CAP. LII.

Syllaba est in voce solus integer Ram.

Dicimus pars major est Syllaba, a quibusque (Latine) comprehenditur, & rectè integrum membrorum percussum, hoc modo à Donato describitur, Est vox Literalis, sive articulata; sono indivisa. p. 11. cui quinque accidunt.

1°. *Tenor.*
2°. *Spiritus.*
3°. *Tempus.*
4°. *Literarum numerus.*
5°. *Literarum ordo.*

Quorum tria prima, Prosodiâ (Grammaticæ parte quâtâ) cognitionem habent suam, duo postrema ejusdem posteriora, hoc tamen loco tractanda, ubi imprimis de priore notandum est, quod in Sermone Latino, literæ unius Syllabæ ad plurimum sunt sex, ut *i, te, bus, cres, stirps, flamx*; hic quoq; consonantium numerus, nec in principio, nec in fine dictionum unquam excedit tres.

De Literarum ordine notandum est, quod in Syllabæ principio, consona nulla possit immediatè sequi consonantem, præter *l, r*, ut, *scio, spes, suavis*. Literarum quoq; *ordinem*, Euphonia maximè disponit sic dicta ab *Eu bene*, & *φωνὴ* vox vel sonus: quasi bene vox, vel sonus; i.e. bona vox, vel bonus sonus: quæ à Priscano interpretatur bona sonoritas, in quâ delectus est, ut inter duo quæ idem significant, ac unumdem valent, quod melius sonet eligas, ideo ait Diomedes, quod Euphonia plus in dictionibus interdum valet, quam Analogia vel regulæ præceptorum.

Euphoniæ

Euphoniæ ergò est, Quòd in vocibus appositis, præpositio [*a*] locatur ante Consonantes, [*ab*] verò ante Vocales, atq; nonnunquam etiam ante *l*, *r*, *j*, & *ſ*: ſed [*abs*] ante [*t*] & [*q*] & ſecundum Priſcianum ante [*c*;] ante [*r*] quoq; in *abs re*.

A verò ſcripturientibus diſcendum eſt, quòd ſyllabas juſtè connectendi, vel diſtinguendi ratio; aliter ſe habet in vocibus, ſimplicibus, aliter in compoſitis, voces compoſitæ ſemper ſimplicium ſervant ſyllabas; ut, *tranſ-latus*, *ad-amo*, *quam-ob-rem*, *circum-ago*, *ab-eo*.

Attamen in compoſitione, auribus & euphoniæ ſerviendum eſt, ut in Regiâ Grammaticâ noſtrâ ſatis elucidè traditur, hîc tamen obſervetur, quod [*a*] Præpoſitio in compoſitione ſemper ſolummodo connectitur cum [*m*] & [*v*] conſonante: ut, in *amoveo*, *averto*, [*ab*] verò ponitur ante *a*, *d*, *e*, *f*, *j*, *l*, *n*, *o*, *r*, & *u*, vocali; ut, *abalio*, *abduco*, *aberro*, * *abſoro*, *abjuro*, *ablatio*, *abnuo*, *abortior*, *abrogo*, *abundo*, præterquam in, *aufero* & *aufugio*, ubi [*b*] vertitur in [*u*.]

* *Hujus generis ſunt tantùm abſore & abforem.*

In compoſitione, quum [*ad*] poſitum eſt dictionibus incipientibus in, *c*, *f*, *g*, *l*, *n*, *p*, *r*, *ſ*, *t*: eum [*d*] mutatur in literam ſequentem; ut, *accurro*, *affligo*, *aggero*, *allego*, *annuo*, *applico*, *arripio*, *aſſumo*, *attero*.

Quando [*con*] componitur cum dictione incipiente a vocali, vel [*h*,] ſemper abjicitur [*n*;] ut, *coapto*, *coheredo*, &c. At ſi voces incipiunt in *b*, *m*, vel *p*; tum [*n*] mutatur in [*m*:] ut, *comburo*, *commoveo*, *compello*, &c. Si verò voces incipiunt in *d*, *f*, *g*, *n*, *q*, *ſ*, *j*, & *v*, conſonantibus ſemper manet [*n*] integra, ſed in reliquis mutatur in literam ſequentem.

x Ante f mutatur in sequentem; ut, effera, efficio.

In dictionum simplicium syllabas distinguendo, vel connectendo; hæc regula generalis (a Grammaticis recepta & comprobata) maxime est perpendenda, videlicet quòd istæ tantum literæ, quæ potestatem habent, incipiendi dictiones, eæ solummodo facultatem habent, incipiendi syllabas; hinc in dictionibus Latinis liquidè patet, quod literæ quæq; solæ incipiunt syllabam præterquam, * k, y, & z. Nam in Latinis vocibus non rectè ponuntur, præter k, (in antiquis monumentis; ut, *karus, Kalumnia, kalendæ, kastor, parkarum*, &c.) quæ hodie nullo est in usu, tantumq; in numero cæterarum literarum (ut inquit *Fabius*,) manet.

* *Omnis vox ubi ulla harum literarum scribitur, a Græcis mutatur.*

Regulæ de syllabas dividendi ratione.

1°. DUæ vocales simul coeuntes, & non diphthongizantes distinguuntur, ut, *doce-am, Musa-us.*

2°. Cum Consona geminatur prior ad præcedentem syllabam, posterior ad sequentem pertinet; ut, *ter-ra, pos-sum.*

3°. Una Consona inter duas vocales, syllabæ sequenti adjungitur; ut, *le-go, au-dio, a-veo.*

4°. Consonæ quæ in initio dictionis conjungi possunt, eæ in medio non sunt distinguendæ, distinguendo igitur dicimus *i-gnis*, quia dicimus *gnarus.*

Consonæ quæ dictiones latinas incipiunt, sunt istæ sequentes.

bl. ut, *blasus.* *cl.* ut, *clarus.*
br. ut, *brevis.* *cn.* ut, *cnasus.*
ch. ut, *chorus.* *cr.* ut, *crudelis.*

fl. ut, *flamma.*
fr. ut, *frater.*
gl. ut, *gladius.*
* gn. ut, *gnarus.*
gr. ut, *gravis.*
pr. ut, *prævum.*
qu. ut, *quies.*
sc. ut, *scindo.*
* sp. ut, *spes.*
st. ut, *statua.*
* tr. ut, *trabs*
scr. ut, *scribere.*
str. ut, *strages.*
squ. ut, *squalor.*

* *Voces sic incipientes plaræq; sunt Græcæ.*

ingæ in sl, & shittim in sh *qua Hebræa est.* b *Occurrunt mihi tantum sprevi, spreror, & spretus, in spr.*

[a] *Lego tantum stingiæ & sfingiæ*

Voces incipientes in *bd*, ut βδελλυρον *bdellium, mn*, ut *ανιων memoria*, &c. plæræq; Græcæ sunt; præterquam paucæ his similes, ex linguis alienis; ut [שׁוּט] in שׁוטה Angl. Porcus & [שׁפּוֹת] Angl. *Spatula.*

CAP. IV.

De Orthoëpiâ Lexigraphiæ affine.

Orthoëpia, Lexigraphiæ (& Synecdochicè Orthographiæ) affinis, est loquutio secundum veræ pronunciationis regulas, emendata & recta; quæ ut accurate efficiatur, præceptoris est puerorum ora sic effingere & formare, ut quasq; voces per singulas suas partes, clare, plenè, & distinctè proferant, & præcipuè in syllabâ quâlibet postremâ, omnia evitando in pronunciando vitia, quorum usitatissima in Grammaticâ describuntur, vel saltem dilucidè denotantur; Quorum omnium Iotacismus maximè est in Controversiâ, ut in Grammaticâ Regiâ patet, ubi hoc vitium hoc modo describitur. *Iotacismus fit cum quando* [i] *litera pleniore sono, & supra justum decorum extenditur, quo vitio ex nostratibus maximè laborant septentrionales.* Cujus sententiæ animadversio, duo in hanc literam pronunciando

 indigita-

indigitat viria. Utrum inter doctos & criticos, alterum inter rudes & barbaros: doctorum est quum eandem sonant, ut [ee] diphthongum nostram impropriam in seen, vilus; quam pronunciationem vitiosam esse, his variis argumentis liquidò constat.

Argum. 1. Literæ omnes Latinæ nomina sua, ex sono & potestate, accipiunt: at hujus literæ nomen idem est, ac Anglice Pronomen nostrum Personæ primæ singularis. I, ego.

2°. Si Modo isto hæc litera sonanda sit; non tantum sonum habere debet diphthongi nostræ [ee] ut dixi; sed nomine eodem (ut fœminæ & rustici nostrates [e] nostram eandem dicendo [ee] nominari.

3°. Iste quoq; sonandi modus, est pertritum quoddam enorme, apud Anglos septentrionales, ut, pro *Nimus* dicere *Neenus*; quemadmodum illi numerum novem exprimunt, per neen, pro nine.

4°. Hæc hujus literæ pronunciatio, non est supra sed infra justum decorum, ejusdem per dentes extensio, qua sonus fit muliebris, exilis, gracilis, & rauca.

5°. Postremò, Hujus Literæ pronunciatio virilis a nobis usurpata & comprobata, est maximè media & mediocris, decorum servans inter hiarum & screatum.

Obj. Itali, Hispani, Galli, Germani, Belgæ & Dani, populiq; omnes Europæi, nisi Angli [i] Latinam longam sonant, ut *ee* Diphthongum nostram impropriam.

Sol. Fecialis Chester, qui hanc sententiam nostram magnopere impugnavit, fatetur quòd Scoti, hâc in re nobiscum conveniunt, optimè igitur notavit Lipsius, tractatu suo de pronunciatione

nunciatione Latinæ Linguæ in margine. *Quæ sonus ejus [est] legitimus, qui apud Britannos reliquus*, quam pronunciationem his verbis in textu defendit, *pronunciant etiam nunc (ita accepi) rectè soli apud omnium Europæorum Britannni. Quorum est Regina Amicus, vicia*, &c. Quâ de sententiâ, *Alexander Gill* noster, vir in Linguâ Latinâ versatissimus, atq; antiquitatis hujusmodi indagator assiduus, hoc modo sit; *Retinebimus antiquum illum, & masculum sonum, atq; unà etiam laudem, quam justissimus Lipsius nobis detulit, in Regina, in amicâ, vitâ*, &c. *p.* 7. de logonomia. Quorum suffragiis luce clarius est, quod rectius nos [*I*] sonamus Latinam, eam sonando ut [*ei*] Græcum, quam ceteri Europæi, qui eam ut [*ei*] diphthongum nostram improprium proferunt.

Vitium alterum, in hanc literam pronunciando, rudium & barbarorum est, quando sonus ejus nimis crassè pleniore hiatu, ex gutture aspirato supra justum decorum extenditur. More quoq; Anglorum Septentrionalium: vitium omnibus notum, & in odio habitum, ideoq; etiam a Grammaticastris explosum. His igitur præmissis concludendum est, quòd hujus literæ sonus (quando longa, & vocalis) est ut [*i*] nostra sonatur in *Line*, Linum, cum rectè profertur; quæ pronunciatio generali literatissimarum utrarumq; nostrarum Academiarum praxi fulcitur, cujus authoritas si apud viros ostentatione, & singularitatis affectatione non valeat, ratio tamen forsan victrix evadat: sic enim Literæ sonus nomini convenit suo, ac sic justum decorum servat, & barbarismo valorem suum, non crasse extendit, nec exiliter deprimit: hanc quoq; pro-

lario, est maximè virilis, masculæ, & literæ genuinæ.

Est quoq; aliud in pronunciando vitium, *Generosis*, & *Nobilibus* nostris itinerantibus ab extraneis allatum, propius serè vitio nostro vulgari accedens, quo propè pro *falsus dicitur faulsus*, quæ pronunciatio in Grammaticâ nostrâ explosa est. Cujus quoq; sententiæ vindex, est ratio, atq; autoritas: [*A*] etenim est litera prima, & elementum simplicissimum, quando igitur vocalis est simplex, non est ullâ aliâ literâ confundenda, quod semper agunt Galli, ac nostrates sonando, **tall**, celsus, **taul**; & **ball** pilâ, **baul**; quòd verò [*a*] sonum avet simplicissimum audi Erasmum, qui scribendo de vocalibus, de eadem literâ dicit. *Ex his* [A] *deducto lorgiter ore profertur, lingua recta suspensa, hoc est, nec ad palatum superius affixa, nec in anterius dentium vallum impacta, nec in latus dentium illisa, nec inter dentium hiatus inserta, vocq; procedit ex arteriâ profundiore, feriens superiùs palatum: de pronun.* p. 93. Contra quem Canonem prolatio ista dupliciter peccat: 1°. Linguam non suspendit. 2°. Linguam ad palatum superius affecit, miscendo simplicem [*A*] potestatem, cum [*au*] modo aliquo, ad [*au*] diphthongum nostrum propriam.

Quâ de re, sic scribit Lipsius. " A lenem sic " esseres: *Ore diducto, flatu valentulo, suspens à* " *modice linguâ, nec dentibus appulsâ.* Ita dices " *Amo, facio, adigo*: sic ut audis, & paulùm modò " attenuatus, subtiliusq; qu'im vulgo. At crassum " incrassabis, pariter esseres eam *spiritu lento & haud æquè valido, ore modice aperto, & pressim* " (me vide) *retundo.* Deniq; in longâ eâ enunciatio longior, & velut [A A] Gemminata, sic

dices,

" dices *Admodum, effluxi*, &c. *Liss. de pro-*
" *nunc. Lat. Ling.* cap. 3.

Sunt vitia, in pronunciando quamplurima alia, quæ omnia prætaq; (fatem maxime obvia,) fatia (quatenus ad hanc pertinet artem) luculentur in Grammaticæ Regul. enucleantur quorum unum tantum, (quia hodiè apud nostros perquam nimis viget,) repetere efferor; sit quoq; quando literæ [*s*] inter duas vocales, profertur tanquam [*z* :] ut, pro *musa*, dicendo *muza*; pro *casus*, *cazus*, &c.

Denique ut pronuntiationis vitium omne anti-grammaticale evitetur, cavendum est de Barbarismo, &c. in scribendo, &c. in dicendo, *qui est Additio, vel detractio, vel summutatio, vel transpositio, Literæ vel Syllabæ, vel temporis, vel toni, vel Aspirationis, in scripto vel, in pronunciatione.*

CAP. V.

De Diæresi Orthographicâ, vel distinctione.

ALtera Orthographiæ pars, est Diæresis, seu Distinctio, quæ mirum orationi, & sensui lucem affert, & confusionem tollit, atq; obscuritatem; unde dixit *Erasmus*; ut, *non inscitè dixerit eruditus quidam, aptam distinctionem commentarii genus esse.* De pronunc. p. 63. De Punctis agit quorum duo sunt genera; 1°. Vocum. 2°. Sententiarum. Vocum puncta sunt

Accentus; ut, *à, á, â.*

Spiritus; ut, *a, ha, e he.*

Temporis; ut, *pănis.*

Unionis; quod dicitur *Hyphen* ὑφὲν, textura vel textus; ut, *de-repente.*

Divisionis; quæ dicitur Diæresis Syllabica; ut, in *evolâssĕ, aër*, &c.

Apostrophi; ut *Adeam' ad eam, pro adeam.*

Compendii; ut, ꝙ pro quæ, & pro et; ꝫ, ⁊, ī, ĩ, ã, pro am, em, im, om, um; vel an, en, in, on, un; [qđ] pro quod; alii Characteres, ut, *, †, ‖, &c. Alteres sunt generis, ideoq; ad hanc non pertinent artem.

Sententiarum sequuntur Puncta.

SEntentiarum Puncta sunt octo; *Comma, Hemicolon, Colon, Periodus, Ecphonesis, Erotema, Parenthesis, Ptelus.* Quarum quatuor priores sunt sententiæ partes naturales, quatuor verò posteriores adventitiæ, illæ enim (ut in corpore) sententiam, ex suis essentialibus constituunt, hæ verò ut Crines illas ornant, temperant, ac firmant.

1°. *Comma*, Latinè segmen, quasi segmentum secatum, quia quosdam in sententiâ, tanquam digitos, & articulos secat, & est distinctionis nota, ubi pronunciatio est plena, sed sensus non plenus, & hoc [,] fingitur modo; ut, *veni, vidi, vici,*

2°. *Hemicolon*, a quibusdam sinecsemicè *Semicolon*, ab ἥμισυς dimidium, & κῶλον membrum, quasi sententiæ semimembrium, & *Tricommicomma*, a τρὶς bis, & κόμμα segmen, quasi sententiæ *sesquisegmen*, quia quosdam sententiæ pedes, & manus continet, & est mediæ distinctionis nota, ubi pronunciatio est plena, sed sensus non plenus, aliquantulum tamen quam ex communi plenior, & hoc modo [;] figuratur; ut,

—Quæ cogita, Lipsi; & communicat hæc mihi arcanæ tuæ, Musa. Lipſ. de Con.

3°. *Colon*;

3°. *Colon*; (ut dicit membrorum, quibus sententiæ distinguntur cruces, & interstitia denotans,) est mediæ distinctionis nota, quæ sensu non absoluto, his duobus punctis [:] pingitur; ut, *Attendite omnes, propria, aliena; publica, privata sacra profanaque considerate.* Hann.

4°. *Periodus*; περὶ circum, & ὁδὸς via, quasi *circumvia*, via circum aliquid ducens; quia cæteras sententiæ partes circum ducit, & iis tanquam caput, humeros, & abdomen, adjungit, easq; consummat; ideoq; est plenæ distinctionis nota, quæ sententiam indicat perfectam; ut, *Si quid turpe feceris cum voluptate; voluptas abit, turpitudo manet: si quid honestè feceris cum labore, labor abit, honestas manet.*

5ª. *Ecphonesis*, Latinè exclamatio, quia sententiæ partem denotat, quæ exclamatione, admiratione, vel deploratione auditorem excitat, usitatæ Admirationis nota dicitur, & hoc modo [!] notatur; ut,

Papæ! me miserum! O curas hominum!

6°. *Erotema*; Lingua hâc Interrogatio, quia sententiam denotat quærentem hoc modo [?] figuratam; ut,

Quid legis? quid agis?

7°. *Parenthesis*; Est interpositio, quia aliquid imponit hujusmodi semilunulis ( ) inclusum, quo sublato sensus manet integer; ut,

Non Deus (ut perhibent) amat est, sed amator, & error.

8°. Obelus, ab ὀβελὸς veru, est carminis fragmenti nota, per lineam hoc modo [—] figurata; ut,

—(Crede

—(Crede mihi) sit quæ pauca habeat,
Te sequatur conjux, & me quæ multa habeat.

FINIS.

SYNOPSIS,

Grammaticæ totius Latinæ,

Regiæ nostræ, vulgò Lillianæ.

seu

Tabula ejusdem Synopticæ,

SECTIO Prima.

De Orthographia

Grammatice quatuor [ ] partes:

1°. Orthographia.
2°. Ætymologia.
3°. Syntaxis.
4°. Prosodia.

CAP. I. *De Grammatices partibus.*

Quæ circa dictionum Partes Variatur. [ ] 1°. Lexigraphia, 2°. Otheoëpia, 3°. Diazeuctica, 4°. Prosodia.

De dictionum partibus tractans quælibet [ ] 1°. Literæ, viz. 2°. Majores, viz. Syllabæ.

CAP. II. *De Literis.*

1°. Nomen, unde Literæ sunt viginti duæ, viz. a, b, c, &c. aut [ ] *Alphabetum Nat.*

Literæ quoad sociationem:

1°. Nomen, unde Literæ sunt viginti duæ, viz. a, b, c, &c. aut [ ] *Alphabetum Nat.*

1°. Majusculæ, ut, A, B, C, &c. [ ] 1°. Ad dictionem incipiendum.
2°. Minusculæ, ut, a, b, c, &c. [ ] 2°. Ad dictionem finiendum.

2°. Figura. Quæ duplicem in literis constituit. [ ] 1°. Majusculum. [ ] 1°. Ad dictionem incipiendum.
2°. Minusculum. [ ] 2°. Ad dictionem finiendum.

3°. Potestas, ut, a, b, &c.

4°. Copiosa.

5°. Ordo.

Pueriles

- 1°. Vocales,
  - 1°. Simplices quinq; *viz.* *a, e, i, o, u, & y,* Græca. Quæ sunt
    - 1°. Quatuor Immutabiles; *a, e, o, y.*
    - 2°. Duæ Mutabiles; *i, & u.*
  - 2°. Compositas *ie,* Diphthongos.
    - 1°. Efficatores; *viz. æ, au, ei, eu.*
    - 2°. Minus usitatæ; *viz. ai, oi, ui, & Græca yi.*
- 2°. Consonantes sexdecim; *viz.* *b, c, d, f, g, h, k, l, m, n, p, q, r, s, t, x, z;* quibus addantur *j, & v.*

III. Potestates dividit in

Quæ sunt
- 1. Mutæ novem; *viz.* *b, c, d, f, g, k, p, q, t.*
- 2. Semivocales septem; *viz.* *l, m, n, r, s, x, z,* quibus addatur [*v.*]

Quarum sunt
- 1. Quatuor liquidæ; *viz.* *l, m, n, r.*
- 2. Duplices duæ [*x*] & [*z,*] aeq; [*i*] inter duas vocales; & [*u*] post [*q,*] *ut qui*; vel [*s,*] *ut, suavis*; vel [*c*] ut, *cui.*
- 3. Una cujusdam suæ potestatis; *viz.* [*s.*]

- 3°. In unam Aspirationis notam; *viz.* [*h.*]

IV. Cognatio Literarum, ejus Doctrina Linguæ Græcæ magis convenit, quam Latinæ; ideoq; eam relinquimus.

V. Literarum Ordo Capite sequente, (ubi de Syllabis dicetur,) tractabitur.

CAP. III.

CAP. III. *De Syllabis.*

Dictionis Pars Major est Syllaba cui septem accidunt
- 1°. Tenor, } De quibus Prosodia agit.
- 2°. Spiritus, }
- 3°. Tempus.
- 4°. Literarum Numerus.
- 5°. Literarum Ordo.
- 6°. Syllabarum Numerus.
- 7°. Earum Divisio.

1°. Unius Syllabæ ad plurimum Literæ sunt sex; ut, *a, te, non, scit, stans, stirps.*

Consonantium Numerus, nec in principio, nec in fine dictionis unquam excedit tres.

In Literarum Ordine notandum est, quod Consona nulla Semivocalem ullam immediatè sequatur præter [*s*]; ut, *scio, spes, suavis.*

Literarum Ordinem euphonia maximè disponit. De Syllabarum numero & divisione consule Grammaticos, & Orthographiam nostram.

CHAP. IV. *De Orthoepiâ.*

Orthoepia Lexigraphiæ affinis consistit, in pronunciatione rectâ & verâ, quæ fit evitando omnia in Pronunciando vitia.

quorum præcipua ſunt quinq;

1°. Iotaciſmus, dicendo, *ni nut* cum hiatu, ſeu *neenus*, pro *nunc*.
2°. *Lambdaciſmus*; ut quando dicitur *elluceat* pro *eluceat*; *moultus* pro *multus*, &c.
3°. Iſchnotes; ut proferendo *nyne* pro *nunc*.
4°. Trauliſmus; ut, *cacacanit* pro *canit*.
5°. Plateaſmus; ut, efferendo *fountes* pro *fontes*.

CHA. V. De Dier[illegible]

[illegible] *d*, *d*.
[illegible] *e*, *be*.
[illegible] *t*.

Diæreſis eſt duplex

1. Vocum Septu[illegible]
2. Sententiarum eſt [illegible]

[illegible] *te*.
[illegible] *t*, *aër*.
[illegible]*on*, pro *adeone*.

1°. Comma (,)
2°. Hemicolon (;)
3°. Colon (:)
4°. Periodus (.)
1°. Ecphoneſis (!)
2°. Erotema (?)
3°. Parentheſis ( )
4°. Obelus. —

(24)

SECTIO

PAGE 19 Bou
Bown
ALSO IRREGU
PAGINA

SEC

D

CA

Ætymologia agit { 1°. De Investigatione T… ; 2°. De octo Partibus O… est

…bstantivum.

…jectivum.

Uarijsq; etiam est aut { 1. Appell… ; 2. Propri…

…ut, *Marcus*.
…, *Tullius*.
…ut, *Cicero*.
…4. Agnomen; ut, *Orator*.

Nomini accidunt Septem { 1. Species. 2. Figura. 3. Numerus. 4. Casus. 5. Genus. 6. Declinatio. 7. Comparatio.

I. Species

(Jac)

SOUND UPSIDE DOWN

REGULAR

NATION

quorum præcipua ſunt quinq;

1°. Iotaciſmus, dicendo, *niuis* cum hiatu, ſeu *neeuis*, pro *niuis*.
2°. *Lamdaciſmus*; ut quando dicitur *effucet* pro *eluoet*; *moultus* pro *multus*, &c.
3°. Iſchnotes; ut proferendo *nyc* pro *nunc*.
4°. Tranliſmus; ut, *cacacanit* pro *canit*.
5°. Plateaſmus; ut, efferendo *fountes* pro *fontes*.

CHA.V. *De Diæreſi.*

Diæreſis eſt duplex

1. Vocum Septuplex.
1°. Accentus; ut, *à, á, â.*
2. Spiritus; ut, *a, ha; e, he.*
3. Tempus; ut, *pānis.*
4. Hyphen; ut, *de-repente.*
5. Diæreſis Syllabica; ut, *aër.*
6. Apoſtrophus; ut, *Adeon*, pro *adeonne*.
7. Abbreviatio; ut, ⁊ &c.

2. Sententiarum eſt quæ duplex

1. Naturalis quadruplex.
1°. Comma (,)
2°. Hemicolon (;)
3°. Colon (:)
4°. Periodus (.)

2. Adventitia quadruplex.
1°. Ecphoneſis (!)
2°. Erotema (?)
3°. Parentheſis ( )
4°. Obelus —

SECTIO

SECTIO Secunda.

De Etymologiâ.

CAP. I. *De Nomine.*

Etymologia agit { 1°. De Investigatione Thematis. 2°. De octo Partibus Orationis. Quarum prima est Nomen. Hocq; duplex, { 1. Substantivum. 2. Adjectivum.

Utrumq; etiam est aut { 1. Appellativum; ut, *homo, humanus.* 2. Proprium quadruplex { 1. Prænomen; ut, *Marcus.* 2. Nomen; ut, *Tullius.* 3. Cognomen; ut, *Cicero.* 4. Agnomen; ut, *Orator.*

Nomini accidunt Septem { 1. Species. 2. Figura. 3. Numerus. 4. Casus. 5. Genus. 6. Declinatio. 7. Comparatio.

1. Species

I. Species est duplex,

1. Primitiva cui subjiciuntur
   1. Collectivum; ut, *Concio.*
   2. Fictitium; ut, *Trinodium.*
   3. Interrogativum; ut, *Nunquis?*
   4. Redditivum; ut, *Talis.*
   5. Numerale; Cujus sex sunt Species.
      1. Cardinale; ut, *Unus.*
      2. Ordinale; ut, *Primus.*
      3. Distributivum; ut, *Singuli.*
      4. Partitivum; ut, *Quisq;.*
      5. Universale; ut, *Omnis.*
      6. Particulare; ut, *Aliquis.*

2. Derivativa, cujus species sunt
   1. Verbale; ut, *Lectio, Litera, Fictilis.*
   2. Patrium; ut, *Eboracenſis.*
   3. Gentile; ut, *Græcus, Anglus.*
   4. Patronomicum; ut, *Æacides.*
   5. Diminutivum; ut, *Regulus.*
   6. Poſſeſſivum; ut, *Herilis.*
   7. Materiale; ut, *Faginus.*
   8. Locale; ut, *Horteuſis.*
   9. Adverbiale; ut, *Hodiernus.*
   10. Participiale; ut, *Docendus.*

II. Nominis Figura eſt triplex
   1. Simplex; ut, *Parabilis.*
   2. Compoſita; ut, *Reparabilis.*
   3. Decompoſita; ut, *Irreparabilis.*

III. Nominis Numerus eſt duplex,
   1. Singularis de uno; ut, *Pater.*
   2. Pluralis de pluribus; ut, *Patres.*

IV. Caſus

IV. Casus Nominis sunt sex
1. Nominativus; ut, *Pater.*
2. Genitivus; ut, *Patris.*
3. Dativus; ut, *Patri.*
4. Accusativus; ut, *Patrem.*
5. Vocativus; ut, *Pater.*
6. Ablativus; ut, *à Patre.*

V. Genera Nominum sunt Septem
1. Masculinum; ut, *hic vir.*
2. Femininum; ut, *hæc fœmina.*
3. Neutrum; ut, *hoc Saxum.*
4. Commune duorum; ut, *hic & hæc Parens.*
5. Commune trium; ut, *hic, hæc & hoc felix.*
6. Dubium; ut, *hic vel hæc dies.*
7. Epicœnum; ut, *hic Passer, hæc Aquila.*

Genera Nominum dignoscuntur ut sunt,

1°. Substantiva,

1. Propria quorum quælibet sunt.

1. Generis Masculini sunt Nomina.
   1. * Deorum; ut, *Mars, Jupiter.*
   2. ª Virorum; ut, *Edoardus.*
   3. ᵇ Fluviorum; ut, *Thamesis.*
   4. Mensium; ut, *Aprilis.*
   5. Ventorum; ut, *Notus.*

2. Generis Fœminini sunt Nomina.
   1. ª Dearum; ut, *Juno.*
   2. Fœminarum; ut, *Sybilla.*
   3. Regionum; ut, *Persis.*
   4. ᵇ Urbium; ut, *Elis.*
   5. Insularum; ut, *Britannia.*

vel

2. Appellativa quorum genera dignoscuntur. 1. Significatione, 2. Inflectione.

2°. Adjectiva quæ Genus sumunt ex Substantivis.

Appellativa

Appellativa ſignificantia ſunt,

1. Feminina; viz. Nomina Arborum; ut *Alnus, Cupreſſus*, &c. Hæc excipiuntur,
   1. Quædam Maſculina; ut, *Pinus, Sentis*, & quæ deſinunt in *Aſter*, ut *Oleaſter*.
   2. Quædam Neutra; ut, *Siler, Suber*, &c. Et quæ deſinunt in *Aſtrum*, ut, *Oleaſtrum*.
2. Ejuſdem nominis triplicia
   1. Volucrum; ut, *Paſſer, Aquila*.
   2. Ferarum; ut, *Tigris, Talpa*.
   3. Piſcium; ut, *Oſtrea*.

In his Appellativorum regulis excipienda ſunt omnia quæ finiunt in [ ], atq; omne Nomen Tarriabile.

Appellativa Impariſyllabica ſunt,

1. Parariſyllabica; &c. non creſcentia in Genitivo; quæ ſunt feminina, ſecundum regulam ſuam ſpecialem.
2. Imparariſyllabica: i.e. Creſcentia in Genitivo,
   1. Acuta in penultimâ, quæ ſunt quoq; feminina, ſecundum regulam ſecundam ſpecialem.
   2. Gravia, in Genitivum, quæ ſunt Maſculina, ſecundum regulam tertiam ſpecialem.

Excipiuntur in Paræsyllabicis

1°. Masculæ quæ quatuor
1. Nomina virorum in [a ;] ut, *Scriba*, &c. (*res* &c.
2. Græca in [a] vel [es] declinationis primæ ut *Athleta* ; Quibus addunturVates
3. Compositæ ab æs ; ut, *centussis, quibus* adjunguntur *lienis & orbis*, &c.
4. Quæ desinunt in [es] [os] vel [us] ; ut, *Venter, lagus, silanus.*

Plusquam regulis
ii. quæ in Regulî postremâ, Græca excipienda fuit, quæ vertunt [as] in [atis].
ut, *Pagasa, Nauplius*, &c. Quibus referuntur ; *Mater, humus*, &c.
2. Neutra quæ exeunt in [e] breve, atque faciunt [is] in Genitivo ; ut, *Mare*, vel in [on ;] ut, *Barbiton* vel in [um ;] ut, *ovum.*
3. Dubia ; ut, *Barbitus, atque Canalis Balanus & finis*, &c. (*senex, &c.*
4. Verbalia composita in [ex] sunt communia duorum ; ut, *Grajugena*, &c. Quibus addunturVates

Excipiuntur in Imparisyllabicis

1°. Masculæ quæ quatuor
1. Polisyllaba in [as] ut, *Arcanas.* (*Sermo.*
2. In (o) signantia corpus ; ut, *leo. Turculio*, Quibus adduntur *Senis Terni*,
3. Quæ desinunt in [es] [ur] vel [os] ceu, *crater, conditor*, &c. ubi adjiciuntur
torrens, *sophista*, &c.
4. Compositæ ab æs ; ut, *dodrans, semis*, &c. Quibus adjunguntur *Samnis*,
Hydrops, &c.

Plusquam regulis
2. Neutra Polisyllaba in [ar] vel [ur] ex capital, laquear. Quibus referuntur, *Mel, fel*, &c.
3. Dubia

Adjectivum duplex habet genus

Excipienda sunt Imparisyllabica Gravia.

1°. Feminina quæ tribus dignoscuntur regulis.

1. Hyperdisyllaba in [*do*] quæ faciunt [*dinis*] in Genitivo; ut, *dulcedo dinis.*
2. Hyperdisyllaba in [*go*] quæ faciunt [*ginis*] in Genitivo; ut, *Compago ginis.* Quibus annectuntur; *Virgo, Grando,* &c.
3. Græca, quæ finiunt in [*as*] vel [*is*] ut, *Lampas, Thesis,* &c. ubi ponentur; *Caussa, vastus,* &c.

2°. Neutra in

1. [*a*] ut, *problema, atis.*
2. [*e*] ut, *mare* excipe *Rete* quia Generis est Masculini.
3. [*ar*] ut, *jubar.*
4. [*ur*] ut, *fetur* excipe *furfur* quia Generis est Masculini.
5. [*us*] ut, *onus.*
6. Pur; ut, *vecpur*; Quibus addimus *Cadaver*, &c.

3°. Dubia; ut *Caro, nis*, &c.

Communia; ut *Parens, antis*, &c.

Duplex nomen a substantivo fit; ut, *bonus vir, bona femina.*

2. Gradus. Unius terminationis est Generis communis trium, secundum regulam istam. Duplicis terminationis, unde Prius est generis communis duorum, & Posterius tantum Generis communis secundum regulam istam; *Sub gemina si vocet, &c.* ut hic & hæc *triplex*, & hoc *triplex.*

3. Trium terminationum, quarum prima est Generis Masculini, secunda feminini, tertia Neutrius; ut, *acer, cris, cre.*

VI. Nominis accidens ſextum eſt declinatio quintuplex, quæ in typo ſequenti exhibeatur.

D	1.		2.		3.		4.		5.	
	N. S.	N. P.	N. S.	N. P.	N. S.	N. P.	N. S.	N. P.	N. S.	N. P.
N										
G										
D										
A										
V										
A										

Declinatio distinguit nomina in { 1°. Analoga, quæ secundum typum prædictum inflectuntur
2°. Anomala quæ patiuntur { 1. Exceptiones sequentes.
2. Heteroclita sequentia.

1. Excepio prima: Hæc in declinatione [illegible] Dativo, & Ablativo pluraliter mittunt, tam in *is* quam in *abus*; *filius, natus, canis*: hæc, quæ in *eus* [illegible] *Dea, mula, equa, liberta, duo, duæ.*

2°. In Declinatione secunda [illegible] finalibus, terminatur in *m*; vocativus ejusdem numeri desinit in [*e*] ut, *Dominus, O Domine.*

Excipe { 1°. *Deus* quod habet *O Deus* in Vocativo, & *filius* quia facit *O fili.*
2°. *Agnus, Lucus, vulgus, populus, pelagus, virus, virus, vasum*, quæ Vocativum reddunt eum in [*us*] quem in [*e*].
3. Nomina propria in [*ius*] quæ Vocativum habent in [*i*], ut *O Virgili.*

3°. In inflectione nonæ [illegible] *Charybdis, cannabis* & *Memphis* [illegible] Accusativum in [*im*] [illegible] quibus & alii consule Grammaticam.

4°. In Declinatione [illegible] *Vis* habet *im* in Accusativo, in cæteris *is.* Item *Acus, lucus, arcus, artus, arcus, fricus, fascus, specus, penus, penus, & veru*, Dativum & Ablativum formant in [*ubus.*]

5°. Declinatio quinta [illegible] Dativum, & Ablativum pluralem, in paucioribus fortita est. Excipe *res, species, facies, acies* & *dies.*

{ 1. Varietas Generis.
Ex Heteroclitis sunt { 2. Defectus { 1. Casûs.
2. Numeri.
3. Redundantia.

1. Varietas Generis
1. Fœminina in singulari, at Neutra in Plurali; ut, *Pergamus, suppellex.*
2. Neutra in singulari, seu Masculina & Neutra in plurali, ut *Rastrum*, &c.
3. Neutra in singulari tantum, Masculina vero in plurali; ut, *Calum, Argos.*
4. Neutra in singulari, at Fœminina in plurali; ut, *Nundinum*, &c.
5. Masculina in singulari, Neutra vero in plurali; ut, *Manatus*, &c.
6. Masculina in singulari, sed Masculina & Neutra in plurali; ut, *Sibilus*, &c.

2. Defectiva in Casibus
1. Aptota; ut, *fas.*
2. Monoptota; ut, *Nefas.*
3. Diptota; ut, *fors.*
4. Triptota; ut, *precis, atque hordeum*, &c. in numero plurali, & omnia Quinte declinationis excipe *res*, &c.

5. Carentia Vocativo
1. Relativa; ut, *Qui.*
2. Interrogativa; ut, *Equis.*
3. Distributiva; ut, *Neuter, omnis.*
4. Indefinita; ut, *Qualibet, alter.*

3. Defectiva in Numero Plurali
1. Nomina propria; ut, *Mars, Gallia*, &c.
2. Masculina; ut, *Hesperus*, &c.
3. Fœminina; ut, *Pax*, &c.
4. Neutra; ut, *Delicium*, &c.

4. Defectiva

4. Defectiva in numero singulari { 1. Masculina; ut, *Manes*, &c. 2. Feminina; ut, *exuviæ*, &c. 3. Neutra; ut, *Mania*, &c.

5. Redundantia quæ variant { 1. Genus, & casum; ut, *Tonitru*, & *Tonitrus*, &c. hæc sunt Latina. 2. Casum tantum; ut, *Panther*, *Panthera*, &c. quæ sunt Græca. 3. Rectum, & regimen Genus; ut, *Gibbus*, & *Gibber*. 4. Inæqualia; ut, *Lar*, &c. 5. Genera, & Terminationes; ut, *iners*, *inermis*, & hæc sunt adjectiva.

VII. Nominis Accidens Septimum, & Ultimum est comparatio, cujus tres sunt gradus { 1. Positivus; ut, *justus*. 2. Comparativus; ut, *justior*. 3. Superlativus; ut, *justissimus*.

1. Usitatissimus; ut, *Durus Durior*, *Durissimus*.

1. Regularis 2. Usitatior { 1. Quando superlativus formatur ex positivo in r, adjecto, rimus; ut, *Pulcher*, *Pulcherrimus*. 2. Quando vocalis præcedit ss finale, quia comparatio fit per magis, & Maxime; ut, *pius*, *magis pius*, &c.

3. Insuetissimus; ut, *Assiduus*, *assiduissimus*, *perpetuissimus*.

2. Anomala; ut, *Bonus*, *Melior*, *optimus*, &c. Sic & Derivativa ex *Dico*, *Ducor*, &c.

3. *Manca*; ut, *inclytus*, *inclytissimus*, &c.

4. Abusiva; ut, *Nervius*, &c.

CAP.

Pronomen est orationis pars sexta, cui accidunt septem.
1. Species.
2. Numerus.
3. Casus.
4. Genus.
5. Declinatio.
6. Persona.
7. Figura.
Hæ in tribus Pronomina Nomini conveniunt, sextâ Declinatione.

1. Species est duplex,
1. Formativa.
2. Significativa.

1. Formativa, unde Pronomina sunt
1. Primitiva octo; *Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is*, quibus additur *Qui*.
2. Derivativa septem; *Meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras*; quibus additur Nomen *Cujus*.

2. Significativa, unde sunt,
